

49
RECTOR

ACADEMIÆ GIESSENSIS

JOANN. CHRISTOPH.

BIELENFELD

CONSILIARIUS IN SACR. SUPREM. SUPERINTENDENS

ET THEOL. D. AC P. P. PRIMARIUS

UNA CUM UNIVERSO SENATU

ACADEMICO

OMNIBUS LECTURIS INPRIMIS CIVIBUS IN QUALIBET
FACULTATE STUDIIS LITANTIBUS

*S. P. D. ET LABORES PROXIMI SEME-
STRIS INTIMAT,*

EOSDEMQUE OMNIUM DISCIPLINARUM CULTORIBUS
AD LAUDABLEM DILIGENTIAM COMMENDAT.

DIE XXVI. APRIL. MDCCXXII.

SUB SIGILLO ACADEMIÆ MAIORI.



GIESSÆ,
TYPIS VIDUÆ IO. REINH. VULPHI ACAD. TYPOGR.



IN FACULTATE THEOLOG.
JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,
Consiliarius in Sacr. Suprem. Superintendens & Theol.
D. ac P. P. Primarius,

Postquam *Historia Ecclesiastica* duodecim secula absolvit, nunc ad reliqua perget, simulque *Theologiam Catechetica* conjunctam cum *Exegetica* continuabit.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,
D. Prof. Ord. Consist. Assess. ac district. Marp.
Superint.

Lectiones in libr. Symbolicos *publicas* hac æstate, Deo propitio, absolvet: *privatim* autem Collegii Hermeneutici parte *generali* hactenus exantlata, *Harmoniam Evangelistarum* speciatim nunc, quanta poterit brevitate, peragrabit: atque si *Dnm. Auditoribus* placitum fuerit, *collegium examinatorium theticum*, superiori semestri coeptum, quo ivit pede, continuabit.

JOH. GOTTFREDUS SCHUPART,
SS. Theol. P. P. O. Consistorii Princip. Adessor & Dioeces.
Alsfeld. Superintendens.

Publice in *Esaiam* porro commentabitur, privatis vero Lectionibus Exegeticis, absoluto nunc primo Mosis Libro, perget ad Expositionem *Secundi*, daturus simul operam, ut, quæ hactenus pertractavit, *Thetica* juxta ductum B. *Bajeri*, hoc semestri absolvat: Collegium etiam in *Theologiam Moralem* doctissimi *Buddei*, quod nuper auspiciatus est, singulis nunc diebus cum Deo continuabit.

CHRISTOPH



CHRISTOPH. LUDOV. SCHWARZEMANN
SS. Theol. Dr. & Ordin. Profess.

T. S. D. sospitante me, sum habiturus in Accuratissimi B. DN. DRS. Rudrauffii Theologiae Summam aliquod publicum Collegium, aut privatum in edendas his instantibus Nundinis duas Apostoli Petri Epistolas,

JOH. GEORG. LIEBKNECHT,
SSae. Theol. D. & Prof. P. Extraordin.

Hor. XIma Libros Eccl. Lutheranae Symbolicos ad RECHENBERGII, nuperius beate defuncti, Adpendicem tripartitam Historico-Theologicam publice illustrabit. *Privatim* in eo erit, ut ad PVFENDORFII consilium, & ad B. WIDEBVRGI, magni quondam Theologi exemplum *Theologiam dogmaticam* proponat.

IN FACULTATE JURIDICA

MELCH. DETHMARSUS GROLMAN,

JCtus, Sni Landgravii Hass. Darmst. Consil. intimus, Prof. Jur. Prim. & Academiz Ludovicianae Cancellarius.

Publice per. Special. Jur. publ. Schwed. praeleget, privatim Exercitia *De* *puta* *et* *in* *quibus* *septimanis* *sedulo* *continuabit*, Collegia quae habet *propedem* *absolvet*, *isque* *finitis*, *nova* *ad* *digesta* *&* *jus* *Canonicum* *aperiet*.

JACOBUS FRIDERICVS LUDOVICII
JCtus.

Publice Institutiones juris civilis, quas cum notis a se conscriptis imprimi curat, praeleget. *Privatim* finito collegio ff. jus feudale ad ductum *erit* *in* *Strykiani* *exponet* *ac* *deinde* *ex* *desiderio* *Dnn.* *Auditorum* *ad* *rel* *quas* *species*, *jus* *canonicum*, *publicum*, *progredietur*. *Iis* *quoque* *non* *doct.* *qui* *collegia* *privatissima* *experierunt*, *nec* *illis*, *qui* *nouum* *Collegium* *ff* *desiderabunt*. *Horas* *singulis* *collegiis* *destinandas* *suo* *tempore* *publice* *indicabit*.

IMMANUEL WESER / J. U. D.
 Consiliar. Hasso-Darmstadinus, Codic. & Criminalium
 Professor Publ.

Publicè exponet B. Brunnemanni *Memoriale Precipuarum LL. Codicis.*
Privatim perget in Lectionibus ad *Schvvederi Jus publicum*; noviss
 quoque Collegium ad eundem Autorem aperturus. Præterea *Causas*
Criminales, juxta ductum *Ordinationis Criminalis Carolina*, intra priva
 tos parietes discutiet.

JO. GODOFREDUS HARTVNGIVS, D.
 Consiliar. Hasso-Darmstad. & Jur. Prof. Ordin.

Publice privatimque in *Pandectis* progredietur, operamque dabit se
 dulo, ut privatas lectiones non solum absolvat, sed etiam novas ad
 eundem ductum *Compendii Lauterbach*. incipiat. *Institutiones* tertium
 auspicabitur, & si fieri poterit, Collegium *Juris Feudalis* ad Examen *Stry-*
kianum cum sua Jurisprud. Feud. collatum, adjunget.

JO. FRIDERICUS RÜGGER /
 J. U. D. & P. P. Extraord.

Publicè Institutiones Justinianeas explicabit. *Privatim* pro desiderio
 Dominorum Commilitonum studia sua atque officia quam lubentissi
 me disponet.

IN FACULTATE MEDICA

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS,

Med. D. hujusque Prof. & Archiater Hasso-Darmst.
 Primar.

Ubi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si
 quacunq; ratione Philiatorum conatus promovere poterit.

MICHAEL

MICHAEL BERNHARDVS VALENTINI,
Archiat. & P.P. Ord.

In Lectionibus publicis, hora X. matutina *Ichnographiam Stadii Studii* que Medici, cum *Aurifodina Medica* his nundinis prodeuntem, explicabit. Privatis autem horis integrum *Cursum Medicum* secundum *datam Medicinam Nov-antiquam B.C.D.* inchoaturus est.

D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,
P. P. Ordinar.

Publicè prælectiones Chirurgicas, quas absoluta *osteologia*, rogatu nonnullorum Dnn. *Commilitonum* inchoavit, non modo continuabit; Sed prout herbariz quoque rei incrementa postulaverint, singulis septimanis unam alteramque horam botanicis demonstrationibus impendet; præterea *privatim* nihil intermitteret, quod ad conatus eorum promovendos pertinere intellexerit.

IO. MELCHIOR VERDRIES,
D. Med. PP. Ord.

Publicè, doctrinam de *specie Merborum* exponet, eoque ipso egregios *præcipuos Libros Observation. Medicin.* libris ubertius explicabit & illustrabit. *Privatim, Medicinam consultatoriam & forensam* denuo pertractabit. *Insuperatæ quoque, si Nobiliss. Dnn. Auditoribus* voluerint, explicabit.

JO. THOMAS HENSING,
Prof. Med. Extraord.

Publicè Lectiones & demonstrationes Chemicas secundum methodum consuetam continuabit. *Privatim* *Cursum Medicum* explicando, examinando & disputando repetet. Neque culturam *Chemiæ privatam* omittet, si ita desiderium Dnn. *Philistorum* jusserit.

X 3

CHRI.

CHRISTOPH. BERNH. VALENTINI,

Med. D. ejusque Extraord. Prof.

Ut primum pristinae valetudini patriæque restitutus fuerit, *Publicè* in P. Ammanni Paranesi ad discentes circa Institutionum Medicarum emendationem commentabitur: *Privatim* autem rem herbariam, secundum ductum Turnefortii sui contracti tractabit, crebrisque excursionibus Botanicis ipsas plantas in loco natali demonstrabit.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

MICHAEL BERNHARD. VALENTINI,

Prof. Philos. Experim.

Publicè Botanicam experimentalem partim è Laurensbergii horticulis, partim è Pallemontii notabilibus natura & artis docebit. *Privatim* autem Historiam Museorum Curiosorum proponet & quæ singula rariora re-recondunt insimul aperiet.

MATTHIAS NICOL. KORTHOLT,

Eloqu. & Poët. Prof. Ord. Academ. Biblioth.

Praefectus.

Ad studium bene dicendi promouendum VOSSII partitiones oratorias, ad studium male dicendi remouendum selecta & communicanda Poëtarum inuenta de Lyciis rusticis ob maledicentiam in ranas mutatis publice interpretabitur. Prioribus praelectionibus die Lun. ac Mart. posterioribus die Iou. & Ven. horam matutinam VIII. destinavit: insuper more solito die Mercurii hora pomerid. II. Bibliothecam aperturus, Saturni Collegium oratorium publicum continuaturus. Addet DEO fauente priuatim Collegium Epistolicum & oratorium in ytraque lingua practicum, nec defuturus deuinciendis sibi eloquentiae ligatae aliisue rei litterariae cultoribus.

JOH.

IOH. GEORG. LIEBKNECHT,

Mathematicum Prof. P. Ordinarius.

Publice hor. Ima amoenissimam scientiam *opticam*, vna cum recentissimis inuentis ita proponet, vt omnes, etiam principiis Mathematicis nondum aduerti, eius egregias utilitates percipere queant. *Privatim* in Lectionibus *Architecturae* tam *Ciuilis*, quam *militaris* itemque *Algebrae* perget, de nouo vero *Cursum Mathematicum* vti vocant, quoad singula principia resumet, nec non *Geographiam historicam* & exercitium disputatorium quoad *desideria Mathematica*, quotiescunque Generosi atque doctiss. Dn. Commilitiones ipsi desiderabunt, promte continuabit.

IO. HENR. MAIUS,

Antiquitatum & Linguarum Oriental. P. P.

Coeptas Lektionen publicas In sacros N. T. scriptores Grascos nauiter urebit; priuatim Chaldaica continuabit, additurus, quod nuper promisit, suo ordine reliquas orientis linguas.

IO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Philos. Natur. P. P. Ordinar.

Priuatim *Historiam Globi Terr-Aqua-Aeris Physicam* docebit, & si Reuerentissimi Doctores fuerit nactus, exercitium disputatorium continuabit. *Publicas Lektionen* ad caput & desideria Nobil. Dn. Commilitonum accommodabit.

IOH. CONRADUS ARNOLDI, D.

Log. & Metaph. Prof. Ord.

Vt solum philosophandum sit in Philosophia prima, ex *Metaphysica* *Erasmii B. Rudrasii*, publice docebit. Privatim duabus porro horis, altera *Logicam*, altera *Metaphysicam* explicabit, & pro capta atque conditione Auditorum, convenientibus exemplis illustrabit: curioso etiam *Notitiam* philosophandi, cum antiquitate conferendae, studio satis ut fiat, simulque tum *scholasticae*, tum *academicae* iuventuti consulatur, *Epitomen Logicae Ecclesiae recentioris* proponet, ac, ubi Dn. Auditoribus libuerit, *typis exprimentendam*, *disputationibus hebdomadarius* subiciet.

SEBASTIA-

SEBASTIANUS MASSON,

Moral. P. P. O.

Publice selectas ex disciplinis sibi demandatis theses, materiem exercitandi disputando ingenii suppeditabit; hocque ipso ornatissimos Dnos commilitones, in primis quos habuit hactenus auditores, ad hanc palæstram inuitat officiosissime. Priuatim Ethicæ Buddeanæ, cuius supersunt explicanda adhuc quaedam capita, seriem persequetur; quumque Collegiis Juris nat. & Politicæ impositus pridem finis fuerit; noua eaque intra semestre spatium absoluenda offert: nullam non aliam pro viribus inseruendi occasionem promptissime arrepturus.

CHRIST. FRIDER. AYRMANNVS,

Histor. Profess. P. Ord.

Publice historiam Romanam, cum Synchronismis, ex genuinis fontibus repetitam, ut superiori semestri consuevit, propinare perget. Priuatim vero, inter alios labores historicos, Collegium aperiet, multum ut sperat omnibus bonarum artium, & iuris in primis ac Politicarum scientiarum studiosis profuturum, in quo ad illa studia, & quæcunque cum iis connexa, manuducit, discendi proficiendique in illis veram rationem inuestigabit, & prima denique initia historię literarię, seu notitiam optimorum in quocunque doctrinæ genere scriptorum tradet, eum in finem, ut quilibet priuata diligentia per lectionem cum selectu institutam excolere ac perficere in Collegiis audita queat, quod nisi fiat, manca & informis erit omnis eruditio. Præcepta, quæ eam ob rem conscribet, in auditorum suorum gratiam, typis describenda curabit.

CHRISTOPH. LVDOVICVS RÜDIGER,

P. P. Extraord.

Cursum Semestri antea acto coeptum, ut per instantem aestatem B. C. D. pene conficiat, neruis contendet omnibus. Eorum quoque desiderijs, qui in quacunque eruditionis philosophicæ parte opella sua uti gestiunt, lubentissime velificabitur: Quibus, singulis demum Mercurij & Sabbathi diebus, heroicam Heroum disciplinam, quæ insignia construendi & resoluendi notitiam præbet, Heraldicam vulgo dictam, ad ductum Consultiss. D. VVeberi Exam. superadder.